Hejnic, Josef

De Invectivarum, quae Sallustii et Ciceronis nominibus feruntur, textu in codice Krumloviensi traditio

In: *Mnema Vladimír Groh.* Češka, Josef (editor); Hejzlar, Gabriel (editor). Vyd. 1. Praha: Státní pedagogické nakladatelství, 1964, pp. [211]-217

Stable URL (handle): https://hdl.handle.net/11222.digilib/119563
Access Date: 07. 12. 2024
Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

MUNI ARTS Masarykova univerzita Filozofická fakulta

Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University
digilib.phil.muni.cz

JOSEF HEJNIC

Praha

DE INVECTIVARUM, QUAE SALLUSTII ET CICERONIS NOMINIBUS FERUNTUR, TEXTU IN CODICE KRUMLOVIENSI TRADITO

Inter libros, quos Venceslaus de Krumlov sibi parabat,[1] codex invenitur, qui praeter scripta quaedam Ciceronis, Catonem nempe (fol. 1a—7a et fol. 76a—99a), Laelium (fol. 8a—22b et 47a—b), orationes in Catilinam (fol. 22b—43a), Officia (fol. 48a—76a) etiam Invectivam utramque[2] continet. Est autem codex chartaceus in folio, medio saeculo decimo quinto exaratus,[3] qui olim in bibliotheca Krumloviensi nro 60 signatus erat, nunc vero Pragae in bibliotheca Musaei Nationalis (X A 9 signatus) asservatur.[4] Invectivae litteris minusculis scriptae sunt, littera *e* pro *ae* scribi solet, velut *etas, cesar,* ante *i* vocalem littera *c* pro *t* persaepe redditur: *amicicia, puericia, flagiciose*; quibusdam locis *ch* pro *h* (e. g. *nichil* pro *nihil*), *p* pro *b* (*optines* pro *obtines*), *t* pro *d* (*aput* pro *apud, set* pro *sed*), *y* pro *i* (*ymmo* pro *immo*) commutantur. Quae litterarum varietas omnibus fere medii aevi codicibus communis est. Cum vero p. 5,1[5] *arbinas* pro *Arpinas,* p. 11,4 *belim* pro *velim,* p. 17,9 *bixeris* pro *vixeris,* p. 20,11 *berum* pro *verum* legamus, non dubitamus, quin haec litterarum confusio originem Germanicam vel manuscripti vel scribae redoleat. Quem autem studiis virorum de humanitate reflorescente optime meritorum caruisse pro certo habemus: p. 7,2 enim *sillabamque* pro *Sullamque,* p. 8,2 *natini* pro *Vatini, degestio* pro *de Sestio,* p. 15,6 *vaticino* pro *Vatinio* legitur.

A. Kurfess codices antiquiores (0), quos ad Invectivarum textum constituendum adhibueret, ex eodem archetypo ortos in duabus familiis ad nos pervenisse docuit.[6] Alterius familiae (*α*) sunt A (= cod. Guelferbytanus Gug. 335 s. X), H^a (= cod. Harleianus 2682 s. XI), B (= cod. Monacensis 4611 sive Benedictoboranus 111 s. XII), T (= cod. Monacensis 19472 sive Tegernseensis 1472 s. XIII), alterius (*β*) H (= cod. Harleianus 2716 s. IX vel X), m (= cod. 500 Bibl. Metz s. XI), H^b (= cod. Harleianus 3859 s. XII), E (= cod. Monacensis

14714 sive Emeramensis s. XII), M (= cod. Monacensis 19474 sive Tegernseensis 1474 s. XII—XIII), P (= cod. Admontensis 383 s. XII), V (= cod. Vaticanus 1747 s. XIII).

Codex noster, quem littera K (= codex Krumloviensis 60, nunc Musaei Nationalis Pragensis X A 9 s. XV) signandum statui, inter libros recentiores (*ω*) familiae *β* numeratur,[7] sed dignus est, qui cum antiquioribus conferatur: plane enim a recentioribus discrepat.[8] Locis quibusdam perspectis facile colligi potest codicem K ab exemplari quodam ignoto (x K) descriptum esse, quod varias lectiones utriusque familiae (*αβ*) continuerat:

p. 5,2 *illius*] *illius α eius β illius eius* K

p. 12,19 *an*] *num* B *n*∓(*u* eras.) T *an num* K

p. 17,16 *aut dictum*] *aut dictum β auditum* H^a *auditu* ATB *aut dictum auditu* K *ac dictum ω* Ald.

p. 18,13 *aliter vexavit ac debuit*] *taliter vetuit ac debuit* B *aliter vixit ac debuit* HMP s. s. A^2 *vetavit* T *taliter vetuit ac debuit aliter vixit ac debuit* K

Si autem cognationem indagaveris, qua liber K cum codicibus familiae *α* coniunctus sit, non dubitabis, quin praecipue cum B artius consentiat: lectiones enim communes ab utroque B et K persaepe praebentur, cum ceteri codices aliter scribant. Cuius rei documento lectiones, quae sequuntur, afferri possunt:

p. 2,4 *iudicia rem publicam*] *iudicia r.* (*rei* P) *p.* HEMP *iudiciaque p. r.* H^b *iuditiaque rei p.* V *R. P. audacia* A *audacia r. p.* H^aBT *audacia rem p.* K

p. 4,3 *domo*] *domi* H^b *dono* BK

p. 4,9 *si tibi*] *sit* A *tibi si* BK

p. 4,10 *acceperis*] *acceperas* BK

p. 5,8 *patronus*] *patronis* BK

p. 6,8 *revocaveras*] *revocaras* BK

p. 6,10 *profeceris*] *perfeceris* H^bV *profeceras* BK

p. 7,2 *confeceris*] *confeceris* s. s. H^a *perfeceris* H^b *feceris* BK

p. 8,6 *male dicis*] *maledictis* BK *maledic+is* T

p. 10,3 *et*] om. BK

p. 10,5 *mentitum esse videatur*] *mentibus esse videar* H^bV*ω* (et in H^a m. rec.) *ementitum* Pr *mentitum esse videar* BK

p. 10,6 *habere*] *habet* BK

p. 11,2 *latere*] *latere K* (= caput) ATE *latere R* (= rubrica) BK

p. 11,13 *noti*] *menti* BK

p. 11,13 *fuerunt*] *fuerint* BMV^2 *fuerit* K *fuerant* H^b

p. 11,17 *me*] *mihi* BK

p. 13,1 *quod*] *quo* E *qui* BK

p. 13,17 *satis es*] *satis est* BK *es satis* AH^b

p. 14,11 *ipsa re publica*] *ipsa r. p.* H^bEMP *ipsam r. p.* V *ipsa p. r.* HH^aBT *ipsa p. re* K *ipso p. r.* A

p. 15,9 *egregii*] *egregiae* H^aBTK
p. 16,8 *exputare*] *et putare* BK *expectare* AE (ex *exputare*) H^a *disputare* H^b
p. 17,3 *esse*] *esset* BK
p. 17,7 *viris*] *viris* EMV *vestris* AHBPTK ex *uris* H^a am. H^b
p. 18,4 *dilectum*] *dilectum* BK *delictum* v *delectum* cett
p. 18,8 *a victore*] *huic* AV *victor* H^aE *victores* HH^bMP *victo re*+(*s* eras.) T *auctorem* B *auctore* K *a victore* Jordan
p. 18,16 *illo*] *illorum* BK
p. 19,3 *municipiis, coloniis, Italia tota*] *in municipiis in coloniis in italia tota* B *municipiis in coloniis in italia tota* K *munipiis* T *in* om. AH^aT
p. 19,4 *in fretis*] *infreti* BTK *infrae* s. s. *fretis* E *insertis* V
p. 19,9 *sint*] *sunt* BTK
p. 19,9 *exspectaverint*] *exspectarint* β *exspectaverunt* BTK *exspectarent* P
p. 19,12 *traici*] *trahici* H^aM *trahi* BK *tercii* H^b
p. 20,5 *fuerat*] *fuerit* H^aBTK *fuit* A
p. 20,5 *comesto*] *comesso* V *commesso* M *commisso* H *comeso* AH^bEP *commeso* H^aBTK *comesto* ex Diom. p. 387,4 K Jordan
p. 21,3 *in aetate*] *in prima aetate* BK
p. 21,5 *hoc gravius*] *hoc* om. B *hoc gravius* om. K

Redeamus ad familiam β, cuius codices antiquiores HH^bEMPVm sunt. Quorum e numero liber K nullo artiore cognationis vinculo cum HMP coniunctus est, saepius vero cum EH^bV consentit:

p. 4,3 *faciebatis*] *faciebatis* s. s. *s* (= *faciebas*) E *faciebas* K
p. 6,11 *quidlibet*] *quodlibet* H^bK
p. 6,12 *etiamne*] *etiamne* EK Ald. *etiam in* αH *etiam* H^bMV
p, 8,1 *eorum*] *nunc* post *eorum* s. s. V *eorum nunc* K cod. Vat. 1745, cf. A. Kurfess, Diss., p. 26
p. 10,8 *quis*] *quibus* V *quis* s. s. *quibus* K
p. 10,14 *ut*] om. EK
p. 10,14 *lutulentus*] *luculenter* H^bK *luculentus* T *lutulentus sus* EMωAld.
p. 10,20 *debebitis*] *debetis* H^a(H^b)EVK
p. 11,20 *iis*] *his* (*hiis* VK) O
p. 13,3 *querar*] *querar* s. s. *l loquar* HP *loquar* H^bK
p. 13,7 *his*] *hiis* VK
p. 13,11 *atque*] *ac* VK
p. 13,13 *in filiam*] *in* om. H^bK
p. 13,18 *domi*] *domui* AEV *domi* s. s. *-ui* K
p. 14,10 *omniaque, quae*] *omniaque quae* $H^a$$H^b$V *omnia quaeque* BT *omnia quae* AEMK *omnia* HP
p. 14,16 *hi*] *hii* VK
p. 14,16 *hercules*] *hercules* H^aE *hercule* H^bPVK *ercule* M *hercle* cett

p. 15,14 *adsunt*] *assunt* EK
p. 16,1 *cnim*] om. $\alpha$$H^{b}$K
p. 16,2 *intellegetur*] *intellegetur* T *intelligetur* H^{b}VK *intellegitur* HBP *intelligitur* V^{2} cett
p. 17,18 *per me nihil*] *pro me nihil* H^{a} *nihil per me* H^{b} *nichil per me* K
p. 19,14 *voluit*] *voluit* s. s. E^{2} *potuit* EK del. $\dot{E}^{2}$
p. 19,15 *duodeciens cum Caesare*] *cum cesare duodecies* H^{b}K
p. 19,16 *his*] *hiis* VK *hic* H^{b}
p. 21,9 *his*] *hiis* VK *hic* E

Codicem igitur K cum familiae β libris EH^{b}V artius cohaerere apparet, quos A. Kurfess (excepto E, addito M) affines nominat, quorum auctoritate recentiores (ω) freti serius provenerint. Libri enim EH^{b}MV quisbusdam locis cum familia α consentiunt.[9] Codicem mixtum (x K) vel alium quendam librum mixtum adhuc ignotum communem librorum EH^{b}MV fontem fuisse, qui traditionibus utriusque familiae (α β) saeculo forsam undecimo vel duodecimo[10] invicem interpolatis ortus esset, noster K testatur. Lectiones autem familiae α in hunc librum mixtum a codice B vel potius ab eiusdem codicis exemplari antiquiore manavisse verisimile est. Conferas velim:

p. 4,7 *aut*] *autem* BTMK
p. 7,11 *quem*] *et quem* αVK *quem* β praeter V om. H^{a}
p. 9,10 *aut si*] *si aut* BTH^{b}K *aut* om. V
p. 10,1 *vos*] om. BTEK
p. 12,12 *scelestorum*] *sceleratorum* BVK *cęlestṛorum* H^{a}
p. 13,4 *ducis*] *dicis* H^{a}BTEK
p. 13,8 *incunabula*] *cunabula* BVK
p. 15,13 *ego*] om. αEK
p. 16,15 *non queat*] *nequeat* H^{b}BTMK *non querat* V
p. 16,16 *hercules*] *hercules* αEK *hercule* HH^{b}MPV
p. 16,16 *tirocinio*] *tyrocinio* BEMK
p. 17,4 *adeptus*] *adeptus secutus est* αVK
p. 18,17 *tamquam*] *tanquam* BH^{b}K *tantam* cett
p. 21,14 *non quae*] *non quae* AH^{a}BVK *non ut quae* H^{b} *non qu∓* H *non que* (i. e. quem) P *non quam* M *neque* T *numquam* E

Praeter locos supra nominatos in libro K lectiones nonnullae redduntur, quae adhuc neque in antiquioribus neque in recentioribus codicibus repertae sunt. Quarum licet multas scribae negligentia ortas esse dicamus,[11] tamen quaedam supersunt, quas olim in codice mixto (x K), a quo liber K originem trahebat, illatas esse verisimile est. Quas enumerare satis habeo:

p. 1,2 *morbo animi petulantia ista uti*] *morbo petulancia animi uti*
p. 2,4 *in*] *vero*
p. 2,10 *collibuisset*] *collibuisti*

p. 3,5 *habitares*] *habitator es* K *habites* H^b
p. 3,5 *homo*] om.
p. 3,6 *P. Crassi, viri clarissimi*] *publii crassi viri c.*
p. 3,9 *incommodum in gloriam*] *incomodis gloriam*
p. 4,9 *falsa*] *falso*
p. 4,12 *aut si retices*] om.
p. 4,13 *esse: opulentiam*] *esse qui non opulenciam* K *quin* post *esse* ins. O praeter H, qui *quin* om.
p. 5,7 *senator*] *senatorum*
p. 5,11 *atque is*] *atque qui is*
p. 6,8 *parum quod*] *parum id* K *parum est ω quod* om. B
p. 6,10 *Cicero*] *o cicero*
p. 7,2 *gloriaris confeceris*] *feceris gloriaris*
p. 7,12 *Dyrrhachio redisti*] *dyrracio cecidisti redisti*
p. 8,3 *existimas*] *existimabas*
p. 9,2 *obscaenum*] *obscure* s. s. *obscenum*
p. 9,5 *consonet*] *insonet*
p. 9,8 *dicendi onus*] *onus dicendi*
p. 10,2 *debetis*] *videatis* K *debeatis* m
p. 10,9 *et*] om.
p. 10,12 *possit*] *posset*
p. 11,2 *sit*] om.
p. 11,12 *maioribus virtute*] *maioribus iusticie virtute*
p. 13,5 *obicere*] *obicere* B *obieceris obiceres* K
p. 13,8 *alia*] om.
p. 13,11 *desidiae ac luxuriae*] *luxuriae aut desidiae* A *desidia ac luxuria* K
p. 13,12 *inusitata*] *usitata*
p. 13,16 *mutuam tibi gratiam*] *mutuam gloriam tibi*
p. 14,1 *qui*] *quam*
p. 14,11 *atque*] *ut*
p. 14,12 *omni reliqua vita*] *omni vita reliqua*
p. 14,13 *animo quidem meo*] *animo meo quidem meo*
p. 14,20 *nihil*] *nil*
p. 15,2 *posse*] om.
p. 15,5 *rei publicae*] *populo R.*
p. 15,18 *rei publicae*] *p. c.*
p. 16,2 *quam*] *quae*
p. 16,8 *est facile*] *facile est*
p. 16,11 *cuiquam*] *cui*
p. 17,5 *sibi*] *sunt*
p. 17,5 *quoque*] *quaeque*

p. 17,10 *volueris*] *voluisti*
p. 17,15 *hunc*] *hic*
p. 18,3 *inurere maculas*] *inurere malicias maculas*
p. 18,5 *coniecisti*] *eiecissem*
p. 18,15 *quam*] *cum*
p. 18,15 *dederat*] *dedit* K *dedisset* H^b
p. 18,17 *eius*] *cuius*
p. 19,1 *vitiorum*] *vitiosorum*
p. 19,1 *excesserat*] *excesserit*
p. 19,5 *notissimi*] *notatissimi*
p. 19,14 *diceret*] *dicere* V *dicerem* K
p. 20,1. *Tiburti*] *tiburri*
p. 20,2 *reliquas possessiones*] *possessiones reliquas*
p. 20,3 *ego*] om.
p. 20,6 *rationibus repente*] *repente rationibus*
p. 20,7 *adfluens*] *effluens*
p. 20,7 *tam*] *iam*
p. 20,10 *maiorum tuorum*] om.
p. 20,11 *sive*] *sine*
p. 20,11 *similis es sive illi tui*] om.
p. 20,13 *totidem*] *totidem tum*
p. 20,13 *esse bis*] *bis esse*
p. 20,15 *omni*] *omnino*
p. 21,2 *verum ab altero*] *ab altero veritatem*
p. 21,3 *assecula*] *assecla*
p. 21,3 *cubiculorum*] om.
p. 21,13 *ratio habenda est*] *habenda est ratio*

NOTAE

* Amicis meis carissimis A. Fialová, Dr. D. Martínková, Dr. P. Spunar, qui Invectivarum manu scriptum Krumloviense mecum contulerunt, gratias ago quam maximas.

[1] Cf. J. Tříška, De litteris Crumloviensibus medii aevi. Listy filologické 9, 1961, p. 88 sq et p. 93 sq.

[2] Quarum prior (fol. 43a—44b) *Incipit Controversia salustii contra Tulium,* posterior (fol. 44b—47a) vero *Invectiva tulii contra Salustium* inscribitur. Subscriptionibus carent.

[3] Cf. tabulam luce pictam (Tab. 6).

[4] F. M. Bartoš, Catalogus codicum manu scriptorum Musaei Nationalis Pragensis II. Pragae 1927, p. 130, nr. 2601.

[5] Invectivarum editionem, quam A. Kurfess in Bibliotheca Teubneriana a. 1958 tertium curavit, hoc et aliis locis citandam adhibui.

[6] A. Kurfess, De Sallustii in Ciceronem et invicem invectivis. Dissertatio Berolinensis (1913), p. 11 sqq; Sallustii in Ciceronem et invicem Invectivae, rec. A. Kurfess, Lipsiae (1914),

p. 6 sqq; Appendix Sallustiana, ed. A. Kurfess. Fasc. posterior: Sallusti in Ciceronem et invicem Invectivae (editio altera), Lipsiae (1950), p. V; Appendix Sallustiana, ed. A. Kurfess. Fasc. posterior: Sallusti in Ciceronem et invicem Invectivae (editio tertia), Lipsiae (1958), p. IX.

[7] Omnibus enim fere locis (p. 2, 3, p. 11, 11, p. 11, 19, p. 12, 8, p. 12, 14, p. 16, 11), ubi veteres huius familiae codices inter se consentiunt, cum familia *β* consentit. Duobus locis exceptis (p. 10, 21 et p. 16, 1), qui a codice B ducti esse videntur (cf. inferius p. 212 sq.), partes familiae *α* sequitur.

[8] Codex K has lectiones praebet: p. 1, 8 *perfidiae,* p. 2, 1 *se ipse,* p. 2, 15 *tollit,* p. 6, 10 *servitutis suae,* p. 6, 10 *profeceras,* p. 9, 4 *ratio,* p. 10, 3 *mentitum esse videar,* p. 10, 14 *luculenter* (cum H^b), p. 17, 5 *despectus,* p. 17, 16 *aut dictum auditu,* p. 21, 1 *paratus.* P. 15, 3 *in vos* cum *ω* Ald. legitur, sed eadem lectio in EMV et in vetustissimo m invenitur, cf. R. Michelly, Zur Textkritik und Verfasserfrage bei den Invektiven des Sallust und Cicero. Bericht über die Sitzungen des Philologischen Vereins in den Jahren 1936/37. Berlin 1937, p. 16. — De libris recentioribus (*ω*) A. Kurfess in dissertatione sua, p. 24—26, breviter exposuit.

[9] Cf. p. 2,8 (*α*M), p. 3,6 (*α*H^b), p. 12,14 (*α*M). Vide inferius p. 214.

[10] Mendas enim quasdam, quae in codice K inveniuntur, a litteris maiusculis vel corruptis vel prave descriptis ortas esse elucet: p. 1,2 *iudico* pro *iudicio,* p. 2,6 *repenticius* pro *reperticius,* p. 2,13 *vendicas* pro *venditas,* p. 4,8 *coopertum* pro *compertum,* p. 6,10 *ius* pro *his,* p. 8,2 *natini* pro *Vatini,* p. 8,3 *degestio* pro *de Sestio,* p. 13,17 *macerie* pro *materie,* p. 16,15 *facienda* pro *patienda* legitur.

[11] E. g. p. 1,2 *scire* pro *si te, iudico* pro *iudicio,* p. 2,6 *repenticius* pro *reperticius,* p. 2,13 *vendicas* pro *venditas,* p. 4,2 *planicie* pro *Plautiae,* p. 6,4 *crudelitate tue* pro *crudelitati tuae,* p. 6,9 *commirando* pro *commemorando,* p. 7,1 *non* pro *vero,* p. 7,9 *civitatem* pro *civitate,* p. 8,1 *potencia* pro *potentiae,* p. 8,2 *natini causa* pro *Vatini causam,* p. 8,3 *degestio* pro *de Sestio* legitur.